

## **Collectanea de diuturna graviditate.**

### **Contributors**

Ailleboust, Jean d'. Portentosum lithopaedion.

Bartholin, Thomas, 1616-1680. Historiae anatomicae rariores. Centuria 2, historia 100.

Deusing, Anton, 1612-1666.

Provanchères, Siméon de, approximately 1540-1617.

Schnorf, Franz Bernhard, -1678.

Senguerd, Arnold, 1610-1667.

### **Publication/Creation**

Amstelodami : Apud Petrum van den Berge, 1662.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/tjgq7ng5>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

Collectanea

2.

De

DIUTURNA  
GRAVIDITATE,

*Seriem*

TRACTATUM,

*Versa Pagina Exhibet.*



AMSTELODAMI,

Apud Petrum van den Berge, in fossa  
de Heeregracht, sub signo Montis  
Parnassi, ANNO 1662.



- 1 *Portentosum lithopædion, sive embryum petrefactum urbis Senonensis.*
- 2 *Exercitatio Joannis Albosii de istius indurationis causis.*
- 3 *Simeonis Provancherii opinio de iisdem.*
- 4 *Thomæ Bartholinii Historia Centesima, Centuriæ secundæ, de eodem foetus.*
- 5 *Ostentum Dolanum.*
- 6 *Arnoldi Senguerdi Discursus, &c.*
- 7 *Historia foetus Mussipontani in abdomine geniti, post sex prope lustra lapidescentis.*





Typographus Lectori  
salutem.

**N**on diu te morabor, benevole lector, aliquid tamen est quod te scire velim, priusquam adlectionem horum tractatum te accingas; ut certus esse possis, quam fidem in horum editione adhibue-  
rim. PORTENTOSUM LITHOPÆDIUM cum consideratio-  
nibus Ioannis Albofii & Simonis Provancherii excusum est secun-  
dum exemplar Basileæ superiori se-  
culo editum. Addidi Historiam Tho-  
mæ Bartholini: quia pertractat  
dem Portentosum Lithopædion in  
Danimam translatum, sequutus edi-  
tionem Hafniensem. OSTEN-  
TUM DOLANUM, sequitur  
exemplar Bruxell. 1661 editum,  
iuxta, ut loquitur, exemplar Dolanum



Arnoldi Senguerdii Discursus  
per hoc negotio, hætenus lucem  
vidit. Ultimo adjunxi, propter  
teriae affinitatem historiam fœ  
mussipontani hanc consideratione p  
sico Anatomico illustravit Antoni  
Deusingius Medicinæ Profes  
Groeninganus, scripto Groeningæ e  
to anno 1661. Curiosus lector, pro  
dubio, illam considerationem deside  
bit; meum tamen non erat illam  
novo impressam hisce adjungere,  
ipsa de causa, quia nuper Groenin  
excusa est, typis his similibus & sin  
forma, ut commodissime his nost  
tractatibus à bibliopecto jungi poss  
Vale Benevole lector & nostro lab  
utere

Petrus van den Berg



PORTENTOSUM  
LITHOPÆDION,

S I V E

EMBRYVM

*Petrefactum urbis Senonensis.*

Adiecta levi & succincta exercitatione: eaque  
Academica, de hujus indurationis causis  
naturalibus,

A

IOAN. ALBOSIO *Hæduo*, apud  
*Senonas Medico.*

Cui accessit

MONIS PROVANCHERII,  
*Medici Senonensis, de eadem re Opinio.*



AMTELÆDAMI,

apud PETRUM vanden BERGE, 1622.



Historia EMBRYON  
in utero materno per a  
nos XXIX. contenti p  
trefacti, & post mat  
mortem exfecti, hîc c  
scribitur.



IOANNES ALBOSIUS

Hæduus, & apud Senonas  
Medicus Lectori S.

**N**OVITAS hujus spectacu-  
culi, quod prisca ætas aut  
non vidit, aut de eo scrip-  
tis, quæ ad nos pervene-  
int posteritati fidem non fecit, nos ex-  
citaverat superioribus mensibus ad ex-  
rimendam hujus prodigij icônem,  
quam ad amicos naturalis Philosophiæ  
studiosos, ultro citroque mitteremus:  
um quia esset de earum genere, quæ  
b illustri causa, ut scribit<sup>a</sup> Plinius,  
perpetuitatem merentur: tum etiam,  
quia præter alios multos graves viros  
Paræus ille Protochirurgus Regius  
cui nostra ætas multum debet) nos ad  
studium excitasset. Sed cum Do-  
A 2                      ctorem



Etorum nemini esset ea in re satisfac-  
 tum, quod quererentur istud esse ve-  
 luti in Comædia *κωφόν πρὸς ὄψιν*, postu-  
 larentque ut personam loquentem fa-  
 ceremus, & utraque lingua, quò eti-  
 am ignavis linguæ Latinæ studeretur;  
 & ad externos quoque Portenti fama  
 & forma, non sine aliquo usu perveni-  
 ret: parere, visum est æquissimum;  
 tum quia foret piaculum tam porten-  
 tosam rem silentio præterire, qua mo-  
 nemur nos *λὶθὸν καὶ ἔδινον* petere supplicibus  
 votis à Deo, qui rerum omnium est  
 prima causa efficiens, *πρωτοπλάστης*, ut  
 nobis det cor carneum, quod jam ad  
 omne scelus occalluit: tum etiam ut  
 nostra urbecula, quæ suorum stemma-  
 tis, virtute, & veteri gloria adhuc  
 fulget, nova veluti præconiis voce, to-  
 ti Galliæ, imo & toti orbi, summi nu-  
 minis ostenta promulget. Protypum  
 autem efformavimus de novo (quod  
 sint



sint δὲ τρεῖς ὁποῖός τις σοφώτερα, ) ut te,  
 quem latere nihil volumus, quasi in rem  
 præsentem deduceremus, & infantu-  
 lum, & in sinu uteri latentem, & suo  
 tegmine explicitum, & in hanc & il-  
 lam dimensionem, quantum cedere po-  
 tuit corpusculi (per multas horas ace-  
 to macerati) durities, protensum con-  
 spiceres. Adjecimus etiam nudam hi-  
 storiam, nullisque coloribus fucatam  
 (verissimam tamen) hujusce Ana-  
 tomes, adhibitis ad eam confirman-  
 dam oculatis, & fidelibus testibus, Io-  
 hanne Perigois, Simeone Provan-  
 herio, & Iohanne Rouffelet Medicis  
 & collegis nostris: item & Glaudio le  
 Noir, & Iohanne Cottias Chirurgis,  
 quibus extractum fuit Embryum  
 illud, Stephano Bouvier Pharma-  
 copæo, manum operi admovente. In  
 istoriæ autem calce, obiter inquirere  
 visum est, veluti per ἀπὸρρημα Pyrrho-



nis illius Sceptici exemplo, tantæ du-  
 ritie; causas, ut tecum ludere liceat  
 non contendere (cum sæpe verisimile  
 vero longissime absit) utque eo velut  
 præludio, doctiores provocentur ad  
 acriora certamina, quibus hujus  
 μεταμορφώσεως in tenello natura corpore.  
 Physica ratio quæcunque fuerit (cum  
 in eo opere τι θεῖον etiam illucere pute-  
 mus) melius innotescat. Opellam  
 hanc nostram, qui tibi si non prodesse  
 saltem placere studuimus, amice Le-  
 ctor, æqui bonique consule. Datum  
 Senonis Idibus Octobris 1582.



In iconem Lithopædii ἱθάκη  
JOAN. ALBOSII.

*Finxit Deucalion saxis post terga repulsis,  
Ex duro nostrum marmore molle genus.  
Qui sit ut infantis, mutata sorte tenellum  
Nunc corpus saxis proxima membra  
gerat?*

*Flectebat priscos divina potentia mores  
Nullo hodie flectas saxeæ colla iugo.*

ocus puerilis PETRI ALBOSII  
impubis ad patrem observandissi-  
mum IOAN. ALBOSIUM Me-  
dicum, de ejus Lithopædio.

*Quæ nova progenies ista est? Irane  
Decrum*

*Nata mihi soror est, Gnataq; nata tibi?  
Non agnosco tuos in duro marmore vultus,  
Namque pium, tenerum, molleque pe-  
ctus habes.*

*Degener huicque animus nulla pietate pa-  
rentem*

*Respicit, aut fraatri est blandior illa suo.*



*Attamen arte tua (qua virgo sepulta  
jaceret)*

*Vivit, & est haeres nominis usq; tui.*

*Isti ergo invideo sortem, nisi saxea mole.*

*Et cedat fratri, cedat & illa patri.*

*De Lithopædio Senonensi, in Zoilum  
sui partus Cæsarei calumniatorem,*

FRANCISCUS ROUSSE-

TUS Medicus

ad

IOAN. ALBOSIUM Medicum  
amicissimum.

*Hæc lapidosa caro, cum tempestitiva sub  
auras*

*Vitales primam vellet inire viam.*

*Insonti fertur spirans Lucina novercam*

*Præclusisse viæ parturientis iter:*

*Sic frustra eluctans, diviso ventre parentis*

*Matre tamen poterat sospite salva trahi.*

*Terruit exempli novitas, suspecta re-  
cluso*

*Sic utero matrem vivere posse negans.*

*Ergo*



Ergo ibidem lustris propè sex conjuncta  
coegit

Maiorem, facta diu saxeæ massa, mori.  
Cur potius queso, gestati tempore tanto  
Accipit hæc fœtus saxeæ forma fidem?  
Quam nova Casareo monstrans Chirur-  
gia partu

Sospite qui fœtus vivere facta queat?  
Utilis hæc multis venit ars, at inutilis  
iste

Aspectus, solo nos novitate movet.  
Ut pateant oculis subjecta fidelibus ambo.  
Sæpius hæc illis, visa fuere tamen.  
Et dubitamus adhuc manifestis credere,  
quamvis

Non fuerint priscis scripta voluminibus.  
Nempe Dei bonitas, largo mage fonte  
ministrat.

Nature tacitas prodiga semper opes.  
nunc, atque omni dic omnia Zoile seclo,  
Aut uni potius nota fuisse viro.



Ad puellam in utero materno lapid  
factam, SIMEONIS PROVAN  
CHERII Medici, Epigramma.

*Cujus non esset suppressa memoria morte  
Querenti, aeterna surgit origo duplex.  
Per magna virtutis opus via prima ac  
cetur,*

*Ingens per vitium proxima deinde pate  
Has ego, nec plures, ineunti lumina vita  
Credebam geminas constituisse Deum.  
Nunc admitto novam, qua tu mea fil  
vivis,*

*Vita expers : vivis, nec tibi vita fuit.*

Aliud ejusdem.

*Per genus & sexū vivas mea filia quantum.  
Est hominis, nunquid vita perennis erit?  
Nam de plebe tuum genus est, es foemina  
sexu*

*His vivas, brevis est vita futura tibi.  
Pro mortis damno reddit te fama perennes  
Mortis quam vita, sors igitur melior.*

ENAR



## E N A R R A T I O

τὸ λίθοπαίδιον,

S I V E

## EMBRYI CVIVSDAM

*Longa temporis mora in Matris utero in  
saxeam duritiem concreti, quod ex gestan-  
tis cadavere extractum est, in vetusto Gal-  
lorum Senonum oppido XVI. Maij.*

*Anno clc Id XXcII.*

## ADJECTA QUOQUE EST

*uccincta & levis quædam exercitatio, eaque  
Problematica, de istius indurationis cau-  
sis naturalibus, ut postea penes Lecto-  
rem sit hujus judicij summa.*

## HISTORIA EMBRYONIS

*petresacti.*



*M*ulier Senonensis, nomi-  
ne Columba Chatry,  
quæ Ludovico Carita  
homuncioni (quadrato  
tamen & bene habito)  
& vulgari plebe & sarctori vestiario



nupserat , ab annis quadraginta octo  
fracta ætate & valetudine , hîc occu-  
buit decimo sexto mensis Maij , a-  
num ætatis agens sexagesimum octa-  
vum.

Hæc ante annos viginti octo , quæ  
nunquam antea uterum gestârat, licet  
jampridem nupsisset (nihil de sanita-  
te prius admodum conquesta) certissi-  
ma habuit inchoati hominis indicia.  
Nam qui statis periodis erumpere so-  
lebant menses, illi statim substituerunt.  
Pica primis mensibus laboravit, tem-  
pestivum Embryonis motum & fre-  
quentem persensit, tumore lumborum  
& abdominis paulatim subcrescente  
mammisque lacte turgentibus. Tan-  
dem autem decurso pene veræ gesta-  
tionis curriculo , labores puerperæ  
graves & abdominis dolores experiri  
incepit, urina ad aliquod dies suppres-  
sa (Medicis tunc varia & dubia de illa  
*hydroe* sentientibus ) quæ postea cur-  
rente veluti alueo & magna vi erupit  
profuso illo ichore , non tam ex ve-  
fica



ficæ meatu , ut credibile est , scaturiente , quam ex mulieris oculis, Amnio tunica disrupta, cum unà cum istis serosis recrementis (quas mulierculæ aquas vocant) aliquis concreti sanguinis trumbus emerferit. <sup>a</sup> Inde autem & mammæ concidere visæ sunt, motus infantis aut ignavus, aut nullus, labores mulieris tolerabiliore. Quibus omnibus attonitæ fuerunt Obstetrices , quæ antea certissimum puerperium expectassent.

A ludibrio autem istius foeturae, totum triennium lectulo illa decubuit, ad extremam vitæ calcem de valetudine conquesta, de tumore , de duritie , de torminibus alui (quam obviis quibusque & Chirurgis & Medicis tractandam exhibebat) de inutili & gravi illo pondere , quod pro vario gestantis motu , modò in hanc , modò in illam partem procumbebat. Denique de languente & depravata appetentia , quam subinde acetariis & absorpto

<sup>a</sup> Hipp. aphor. 38. lib. 5.



forpto omphacio sollicitabat, aliquid  
 qui perpetuo ἀσπλῆ. Illamque, ferunt  
 vicinæ, inter suos sales sæpè dictita-  
 se (ut erat genio satis lepidus) se for-  
 tum utero gerere, qui tandem parenti  
 foret exitio, & internecioni, quan-  
 quam cum serio loqueretur, male-  
 ficium acceptum potius accusaret.

Postquam autem fato esset functa  
 ejus vir officiosus in uxoris manebat  
 (quam tandiu & tantoperè excrucia-  
 tam viderat) accersivit unum atque  
 alterum ex nostris Chirurgis, ambo  
 valentes arte & artis usu, quibus (li-  
 cet de scirrhuso tantum tumore cogi-  
 tarent) dissecto mulieris abdomine,  
 & rejecto infrà peritonæo, uterus sese  
 offert, aspectu quidem rugosus, &  
 versicolor, ut crista illa pendula, quæ  
 Gallis Indicis ex summo capite pro-  
 labitur, vel potius ut operimentum  
 illud cutaneum, quod illorum collum  
 ambit. Tactu autem durus, testa-  
 ceus & crassus, instar τῶν ὀσπληνῶν.  
 Tum novaculam in portentosam illam  
 molem



molem & gypseam iniiciunt, qua ad  
aciem cultelli renitente, scalprum al-  
rius adigunt. Eorum autem alter in-  
flucto casu in cranium vulnere, & in  
aliquot costas, tandem humerum  
dextrum impetit, à quo erumpens  
ossis caput, certissimam fecit fidem  
ossium illic latitantium. Ex quo scal-  
pellum alio transferunt, & magna vi,  
sensim tamen, & recta, uterum secant,  
diductisque durissimis vulneris labris,  
infantem in orbem implicitum, & ex  
transverso in utero positum, introspi-  
ciunt in penitissimo sinu & altissimis  
latebris stabulantem, in suamque ve-  
luti Cystin, quam Allantoidem tu-  
nicam fuisse puto, callosissimam re-  
conditum.

Quo spectaculo inexpectato obstu-  
pefacti, Medicos convocant, quos  
in re inaudita consulant, adhibeant-  
que in testimonium & iudicium rei  
huius, quæ pene fidem omnem supe-  
ret. Interea multis ad novum pro-  
digium accurrentibus, & opus Chi-  
rurgorum



rurgorum interturbantibus, venit i  
fis in mentem totam istam molem  
illo veluti antro & manibus, & u  
cis Chirurgicis, quâ valerent, vi a  
strahere ut arborem ex suo caudic  
domumque comportare, ut privati  
& apud se accuratius corpusculi an  
tomen sectarentur, & cum peritis c  
portento novo & inaudito, consil  
conferrent.

In præcipiti autem & violenta ill  
laniena non licuit opus festinantibus  
introspicere, quod substratum esse  
infantulo Chorion, quæ uteri aceta  
bula, qualia umbilici vasa, quis esse  
Allantoidis cum utero & cum foetu  
nexus, cum uterus ipse, præcipuè ac  
coxam dextram, ad nates, & ad par  
tem spinæ dorsi cum cute infantul  
omnino coaluisset.

Situs infantis erat penè sphæricus  
facie ad thoracem affixa, sublatis ac  
nares genibus, unde postea eæ patulæ  
retusæ & resimæ conspectæ sunt. Os  
sa capitis tenuia quidem, sed firma, &  
instar



instar cornu nudentia, cute capitis multis in locis pilosa, caput in sinistrum brachium ita procumbebat, ut a protuberante humero auris & os Occipitis impellerentur, quod excavatum ea parte introcessisse conspicerentur. Cubitus ad summum humerum reflectebatur, porrecta sola manu, quæ in pugnum adeo firmiter contracta, & summi digiti ita palmæ hærebant, ut licet apparerent seriatim inter se distincti, re ipsa tamen in unum idemque verè lapideum corpus concrevisissent. Dextrum autem brachium ad umbilicum manum extendebat, quæ ad carpum inadvertenter abstracta fuit, & in aluo matris reiecta. Fœmur, genu, tibia sinistra, dextris incumbebant: quibus tamen erant ita implicita, ut talus sinister pedisque planta, in dextrum Pedion implantarentur, quibus excavatum ederet, & penè indissolubili nexu colligaretur. Utrumque crus in ventrem & pectus reflectebatur, certissi-



tissimamque foeminei sexus notul-  
tegebat. Tibia utraque ad nates  
torquebatur, pedibus & pedum di-  
tis ita inter se compactis, & lapide  
factis, ut facto ex oculis &  
ctu judicio, totum istud opus co-  
xiffes esse alicujus Phidiæ, qui vel  
ebore, vel ex marmore maturæ æ-  
tis Embryi absolutissimam Iconem e-  
pressisset, maximè cum in ea durit  
corpusculi moles non concidisset, in-  
cum cute nitida integram suam  
*συμμετρίαν & πολυσαρκίαν* retinuisset.

Partes autem internæ, viscera nem-  
pe omnia, cor & Cerebrum habebant  
naturaliter, eo dempto, quod ultra mo-  
dum induruerant, minus tamen quam  
externæ, ita ut hodie exertum istud  
corpusculum, neq; putredinem mine-  
tur, neq; teredinem. Ex quo poste-  
dentem exemit inopinanter quidam  
obvius. qui prodigium contrectabat  
ut dentis sedem in ipso alveario adhu-  
cōspicere liceat. Hæc de matris & fo-  
tus administrata Anatome dicta sunt o-



## EXERCITATIO

*Problematica de istius indurationis causis  
naturalibus.*

**I**Am de istius indurationis naturalibus causis aliquid differamus. Hujus autem prodigiosi abortus, nisi sensus nobis faceret fidem, frustra quæreremus, rationum momenta. Sed cum visus & tactus, certissimi inter sensus externos judices, rem ipsam bis nulle hominum oculis spectandam exhibeant, manibusque tractandum (ut hodie quoque idem inter nos & spectare & palpare subinde licet) tria videntur superesse liberalioribus ingeniis discutienda.

Unum, qui factum sit ut corpusculum istud, quod constituta & naturali puerperii periodo, & inter tam graves cruciatus extinctum fuisse constat, tandiu in istis latibulis asseratum, non computruerit, aliorum abortuum more, quos vel derepente Matricidas esse videmus, vel paulatim & ex longis intervallis excussos fuisse,



se , à gravibus authoribus accepim  
 vel facta sibi per ventrem inferior  
 via , membratim excussos , cū  
 tres putredinis causæ videantur co  
 currisse : nempe corpusculi temper  
 calida & humida , qualis est puer  
 rum. Loci natura, cum uterus inte  
 textus sit multis venis & arteriis ,  
 visceribus ( in quibus residet natura  
 caloris fons ) proximus. Cum ille  
 in mulieribus veluti sentina , in qua  
 totum corpus suorum excrement  
 rum sarcinam deponat , cū denique  
 sit pudendis proximus , quæ Galen  
<sup>ὑπερβαίνει</sup> pronunciat. Tertio imped  
 ta perspiratio , cū in prægnantibus  
 uteri os arctissime , usque ad excussio  
 nem foetus coarctetur. Sic enim , u  
 fert illud insigne a Philosophorum &  
 Medicorum axioma , calida & hu  
 mida , calido & udoloco conclusa  
 & aere non perflata , citissimè situr  
 con

a Galen. in 3. Epid. Com. 2. & 1. de diff. Febr.  
 cap. 8. & 8. Meth. 7. & 11. cap. 4. & 8. & in 3  
 Epid. Com. 7. Avic. lib. 1. Fen. 3, & lib. 4  
 Fen. 1. & tract. 2.



contrahunt, & putredinem.

Deinde, naturali in viventibus de-  
 derito calore extraneum succedere  
 necesse est, cujus est urere, putrefacere,  
 corrumpere, & tandem in cineres re-  
 olvere, præcipuè si subjectum nactus  
 est calidum & humidum, quale est  
 aerorum corpus, quod cum multo  
 calore scateat, verè, ut loquitur  
 Aristotel. *ατ' φησιν* dici potest.

Alterum quæstionis caput positum  
 est in investiganda illa intemperie, si ve  
 simplici, si ve composita, quæ tantam  
 uritiam peperit, & ab iisdem fonti-  
 bus emanat præcedentis dubitatio-  
 nis solutio, cum ea durities sola, vel  
 hæc eam attulit, causa (a nihil enim  
 imiè ficcum putrescit) corpuscu-  
 m istud à putredine vindicave-

Omne autem durum, inquit Ga-  
 lenus 5. Simpl. cap. 3. fit vel plenitudi-  
 ne, & renitentia, vel concreione, vel  
 citate, hisque vel solis, vel inter se  
 com-



complicatis. Induruitne vero i  
foetus repletionem, cum nihil in foe  
neque in ejus involucris turgeret l  
giori humore, vel naturali, vel e  
crementitio. Imo illa essent om  
exsiccata, & arefacta? Concreti  
nem accusabimus, quam etiam co  
gelationem appellat Galenus, q  
metalla plurima in fodinarum pen  
tralibus: saxea, in lapidicinis: Mete  
ra, in media aeris regione videm  
congelari & concrefcere? sed qu  
externa exempla hujus congelation  
quærimus, cum domesticum suppetat  
& nobis sit præ foribus.

<sup>a</sup> Est enim in nostra vicinia prop  
oppiduli Veronæi moenia, fons pe  
ennis scaturiginis, aspectu jucundiss  
mus, lympa limpidissima, color  
quidem & odore ἀπορίῃ, sed sapor  
non ita commendabili, incolis ta  
men non ingrato. Erumpit autem e  
altissimis subterraneis cuniculis, la  
broque, vel potius cratere excipitur

it

<sup>a</sup> La Fontaine de Vero.



ta affabre in orbem circumducto, ut  
 escias illamne περὶ φύσιν natura dede-  
 rit, an verò ars Euclidis exquisitissi-  
 mum istum circulum elaboraverit. Sic  
 item ad labri margines exundat aqua,  
 et statim & brevissimo ductu decur-  
 rat in rotam, quæ molam frumenta-  
 ram circumagit, indeque cum glarea,  
 quam currente alveo secum abradit,  
 uttatim in substratum lutum & pro-  
 ximam usinæam decidit, quæ omnia  
 frigidityte ita subigit, fermentat,  
 et cogit, ut tandem in lapides indu-  
 et, leves quidem illos & foraminu-  
 entos, & veluti pumiceos, quorum-  
 que unam aliquando partem videas  
 iam petrefactam: alteram vero adhuc  
 gnoscas musco herbaceo virentem  
 et cœnosam, quæ tantum lapidescere  
 incipiat. Coguntur vero illi lapides  
 into aggere, ut nisi ex intervallis mo-  
 tor eos ferreo malleolo conterat &  
 abtrahat, impedimento sint ipsi mo-  
 trinxæ, quo minus libere circumvo-  
 latur. Ista obiter dicta sint de λίθιας  
 quæ



quæ ex aquæ istius frigiditate  
fortasse nativo solo procreari  
detur.

Similis autem aut potentioris co-  
gelationis quis potest esse locus in in-  
ternis recessibus nostri corporis, quod  
multi sanguinis & venosi, & arterie  
affluxu, vicinorum viscerum benigno  
tepore, & ea functione ad quam hæc  
partes natura finxit (cum in ipsas,  
in agrum foecundum nostræ generati-  
onis prolifica semina committat) mi-  
nus algere debeant. Sic Hippocrates  
frigidos, siccos, densosque uteros  
ut effœtos pronunciat. Quod verum  
Galenus de Anatomia vivorum, ad-  
dipem, frigiditate spermaticarum par-  
tium, & à cordis calore magis distan-  
tium, concrefcere scribit: certe ut  
ex imbecillo frigore uliginosa mate-  
ria facile concrefcit, ita quoque levissi-  
mo calore illa liquatur: hic vero de  
lapidosa duritie agitur. Restat igitur  
argumento ab enumeratione par-  
tium petito, corpusculum occalluisse  
sicci-



ccitate, ad quam non parum fecisse  
 idebuntur dolores assidui, quos ges-  
 ans sustinuit. Item vigiliæ & inedia,  
 quibus diu multumque vexata est,  
 quæ omnia ad causas exsiccantes refe-  
 unt Medici. Adjicere licebit illum  
 veri *κατακλυσμὸν*, quo pro puerperio  
 ultus ichor è mulieris oculis ef-  
 fluxit, sicque & uterus & foetus, ejus-  
 que involucria exaruerint, absorpta  
 inanis putredinis materia, quam in  
 humido, & naturali, & excrementi-  
 o positam esse, Phylaci autumant.  
 plâne vero siccitas tantam duritiem  
 peperit, cum qualitas sit patiens, &  
 agendum ignava: Causæ autem ad  
 hos effectus analogæ esse debent, &  
 tribus pares? Ex quo fit, ut sit veri-  
 simile siccitatem solam non potuisse  
 usque indurare, sed alterutri qua-  
 ratum *προκληκωτέρων*, frigiditati nem-  
 , aut caliditati conjunctam. Frigi-  
 datine? ut siccitati congelatio ac-  
 cesserit mixtis his duabus inter se in-  
 tationis causis? Si enim quæ pu-  
 B tren,



trent, se ipsis fiunt calidiora & humidiora, consequi videtur (ut contrarium contraria sunt consequentia) quæ non putrent cum putrescere non sint, id habere à frigido & sicco. Præterea, promptius quæque alterantur à similibus suæ intemperaturæ causis. At hæc cutis naturâ frigida & sicca, purissimum saxeam eam duritiem inducit (ut in ovo testa ex molli tunica occidit) ex quo fit, ut sit verisimile istam duritiem à frigido & sicco extatam. At neque loci, in quo concretio temperies, neque ulla humana ratio patitur, ut dictum est, cum de conceptione ageretur. Iam videamus, an soliditate siccitati coniuncta istud corpusculum induruerint, cum à tot tantisque laboribus tandem, veluti febriliter hæctica colliquata fuerit illa, & contabuerit? Cum præterea calidis & fœcis medicamentis, tum intro sumptis tum foris admotis assidua illa tormina sedare, flatus discutere, & molestissimum illud uteri onus, & quod subit



exitum minari videbatur, deturba-  
conabatur imperitissimum mulier-  
ularum vulgus? A conjunctis hisce  
usis, & salis glebæ, & alumina, &  
ryfocolla, & chalcanti genera indu-  
ntur, quæ postea humore liquantur,  
m ante calido & sicco obduruerint.

Tertium hujusce disputationis ca-  
it positum est in harum intempera-  
rarum sive simplicium, sive compo-  
tarum differentia: nempe, sintne illæ  
ternæ tantum & adventitiæ, an vero  
iquid ab ipso corpusculo *ἐνδὲ δέ τοις*  
natum & latens acceperint initium.  
tam licet ea, quæ de causis proposita  
nt, habeant quandam speciem adum-  
ratæ veritatis, multum tamen absunt  
ordinatis naturæ legibus. Quid  
nim illas causas accusamus, cum  
nnes sint externæ, & huic corpuscu-  
adventitiæ, a quæ sine internarum  
titudine, nihil videntur posse agere?  
on enim omnis causa, quæ corpori  
venit, inquit Avicennas Doct. 2.

B 2

Fen.



Fen. in ipsum operatur, sed ad id  
quiritur & agentis fortitudo, & dis-  
positio patientis.

*a* Hic igitur præter communem  
consuetudinem (cùm natura hominem  
corpus molle & tenerum finxerit  
quod ad functiones animæ ma-  
aptum esset, quam si induruiisset)  
tuisse dicemus aliqua hujusce indu-  
tionis seminaria, ut orta responde-  
re suis principiis, & insitam vim qu-  
dam peculiarem & abditam, quæ  
externis illis causis excitata, tandem  
in lucem emerferit, ut singulorum quæ  
fiunt, *b* interna quædam effectrix causa  
existit. Physici enim rerum omnium  
formas, excepta illa principe, quæ  
divinioris est originis, ex materia edu-  
putant. *c* Item & Spagyrici, qui  
profidentur esse *αὐτοφύεις*, neque extrin-  
secus accedere, sed delitescere in ip-  
sorum seminibus, quæ (ut sua arcana teguntur  
quibusdam verborum involucribus) si-

m

*a* Galenus lib. Quod animi mores, &c. & i. d.  
Ufu part: *b* Gal. lib. de Caus. procat. *c* Pe-  
trus Danus in sua Idea med.



atricibus consentanea esse oportet.

Quod si dempta illa ratiocinatrice, *formæ* quæ dant esse rei ( ut Logici cunct ) educuntur a primarum qualium temperamento , illa etiam erunt eadem scaturigine , quæ necessario primam illam temperaturam sequuntur , inter quæ non solum odores , sapes & colores reponunt Medici, sed etiam molliem & duritiem. Proinde præter externas caloris, frigoris & siccitatis causas & adventitias ( quamvis sentiant & Philosophi & Chymistæ , de lapidum & fossilium , & essentialibus, & materialibus causis ) alii cum , alii lixivium , alii sal , alii aquam congelativam, non solum ut materiam indurationis , sed etiam ut quoniam modo effectricem , & in ipsis instantibus insitam , fixamque delitere , proferunt. Sic Corallium , cui proprium est veluti quarto modo ( ut Plin. loquuntur ) aëri expositum laescere , ideoque λιθόγενδρον Græcis appellari ( cum mollis fuerit liquidis



prius herba sub undis ) Non quidem  
solum ab ambientis frigore induratum  
sed quod absconditam habeat in se su-  
doritiei energiam , quæ à circumstanti  
aëre affecta , illam produxerit. Pra-  
terea Matre ab illis causis colliquata  
nihil foetui decessit de pleno corporis  
habitu , quem alioqui absumi & cor-  
cidere necesse fuisset , si easdem causas  
foetus sustinuisset , humore tum fluen-  
te , tum implantato , vi caloris extranei  
absumpto.

Molas quidem in suis finibus sæpè  
concreescere , & in gestantibus conse-  
nescere , imo iis commori certum est , ut  
multa scirrhusa , tophacea & lapidea  
in nobis generantur , aluntur , & au-  
gentur , cum excrementitia sint corpo-  
ra , imperfecta & sola vivant anima ve-  
getabili , ut etiam in externis rebus li-  
gna lapidescere videmus , eorumque  
cortices : item & plantas nonnullas  
Sed quæ perfecta sunt animalia , cum  
primordia suæ generationis habeant  
potentissima , eorum extincto innato  
calo-



alore, humiditatem putrescere oportet (ut interitus proxima est via ad putredinem) concurrentibus præcipue iis putrilaginis causis, ut dictum est antea.

Quod autem recensent nonnulli, & aliorum fide, & hominis pedem & caput, imo & totum corpus, visa fuisse indurata, id multum adest ab eo, de quo hic agitur, cum de induratione fetus in spirantis utero differatur: illa vero asservata esse dicant, conditura & concretione cadaverum in sale quodam terræ, ut inquiunt, vegetativo, quo omnia ferunt dealbari, indurescere, & coalescere.

Istam pugnantium argumentorum rem, quæ vires eundo magis ac maioris acquireret, dirimat æquus arbiter. Ergo vero novorum Academicorum more, desinam in ἐποχὴν, suspensamque sententiam, ut canant Cygni, sicut est in proverbio, tacentibus graculis, excitenturque docta ingenia, ad scrutanda summi opificis, naturæque mi-



racula, & ad eruendas eorum causas ex Philosophorum Thesauris, in eo præcipue spectaculo, in quo à primo ortu, neque in similiarium partium temperie, neque in instrumentalium figura, numero, situ, aut connexion natura peccaverit. Ideoque nihil huius sit monstrificum, cum nullam habeat istud corpus deformitatem notabilem toti suæ speciei extraneam, quam à prima origine sortitum sit. Plinio autem lib. 7. cap. 18. Nat. hist. si mirum fuit, quosdam concretis ossibus extitisse, & sine medullis: quod portentum istud fuerit foetum extractum, imputrem, imo in suo veluti ergastulo lapidefactum, tot mensibus & annis à matre circumgestatum fuisse?



## S I M E O N I S

PROVANCHERII LIN-  
GONENSIS, ET APUD

*Senonas Medici, de hujus indu-  
rationis causis opinio.*

**D**E partu anatomico ejus mu-  
lieris, quæ in Senonum urbe  
vixit annos octo & sexaginta,  
cui extincta, eruta est puella justæ  
solis, quæ in uteri sinu octavum &  
agesimum annum impleverat, Gallice  
ripsi. Eundem partum, qui Latine  
copiosè loqueretur, ad externos re-  
gare decreveram, cui Phycas, sed  
re natas exercitationes meas adjun-  
ere operæpretium videbatur. Inter  
oras Albofius Hæduus, qui excu-  
endam spectaculi effigiem curaverat,  
us historiam Latine exprimit. De  
a scribenda, jampridem amicorum,  
maxime exterorum, ad quos ut no-  
inis, ita eruditionis suæ fama per-



venit, literis frequentibus urgebatur. Hic oratione gravi & veridica, flagitantium votis respondet, ut mollis in obsequium, facilisque rogantibus esset. Historiæ de induratione foetus in utero physica & problematica inquisitio accessit. Utraque mihi tantopere placuit, ut in ea vertenda, Gallicè meam operam requirere visa sit: nec ejus Autorem plenius commendabo, ne quia vivit, & ejusdem urbis sumus incolæ, in fœdam adulationem me demitti, in multorum opinionem irrepat. Et quia in dubia & ancipiti re sic animus consistit, neminem mirari oportet, si in apertum campum descendam, & utraque lingua mearum exercitationum breviter ac summatim Epilogum adjiciam. Ergo rem ipsam aggredior.

*a* Uterus *μήτρα* Græcis, quem Deus ad concipiendum foetum destinavit, crassus & impactus carneum quid refert: cæterum nervosus & membranofus



osus est , ut gestationis decursu in  
 nplitudinem posset extendi : ac se-  
 en, quod hominis abstractum, Zeno  
 pellare non dubitavit, in uteri sinum  
 funditur, idque unicum propagatio-  
 s perpetuæ subsidium comprehen-  
 one firma concipitur. Ex quo pri-  
 um omnium involucra genituræ  
 rocreantur, mox reliqua membris &  
 ticularis distincta, semine genitali opi-  
 te, nec non spiritu sanguineque  
 enstruo administris instruuntur, us-  
 te dum opus esset absolutum. Cum  
 itur foetus hic Senonensis à conce-  
 tionis die, ad prima suæ speciei li-  
 amenta novem mensium processu,  
 stam in utero materno corporis or-  
 nici molem addidisset, matri, quæ  
 hic grandiori alendo superesse non  
 poterat, initium partus induxit. *a* Fit  
 im cum disruptis, calcitratu & motu  
 lido, pueri membranis, ipse à vin-  
 lis exolutus foràs prodit, & ita per-  
 tus est, ut per os nutriri possit.

B 6

Di-



Divulsis porro involucris, ichore prodeunt multi, & membranofum quid cruore tinctum, referente marito: tumque graves & iniqui dolores qui confertorum spirituum vi accidunt, matrem excruciant. Frustra hæc fiunt omnia: hæret infans utero quem neque proprii motus, neque matris impetus, possunt excludere: tandem alimenti penuria, ob quam sibi moliebatur viam & exitum, brevissimam vitam cum morte commutavit. Ex significatione hujus novi partus, quæ in lucem edita mense Majo superiori, potuit intelligi, quod scriberem hunc foetum ante indurationem, vixisse, ac servatum fuisse instar molæ. Non deerunt, qui ex eo loco capient opinionem, me foetui animalis vitam abnegare. Imo ratum habeo, intelligentem animam membris affabrè concinnatis suæ speciei consentaneam affulxisse. Atqui hoc unum cogitabam, ut indicarem tam foetus quam molas posse utero ad plures annos affigi: nam



am molæ vitium & materiæ absurditatem sequuntur, quarum onus ægrè natura sustinet: foetus verò, sunt opus benignioris naturæ, ad quos concipiendos uterus comparatur. Adde quod irriti conceptus ad putredinem, & vitæ expertes inanimatis, & animati vitalibus conferantur, quam foetus sunt procliviores: siquidem illi humida & rubrica constant materia, quæ facile putrescit: foetuum vero compacta, ut plurimum dura & sicca est substantia (ut qui ex nervis, venis, membranis, vinculis & ossibus consistunt) cuius ratio putredini reluctatur. Pars nimis sicca ægrius putredinem admittit. Poterat tamen hic foetus Senonensis ad putredinem progredi: Cur ergo ab extinctione caloris, illam effugit, & coecalluit? Refrigeratur uterus præter naturæ suæ modum, fracti caloris imbecillitate per irritos labores partus, per eruptiones aquarum, per effusa quædam cruenta, per concepti frigidi externam injuriam. Frigus enim, de-

hiscen-



hiscente utero, & diductis cruribus  
 in expectatione puerperii, admitti-  
 tur. Ex victoria frigoris, humores  
 qui venis mediisque spatiis uterina-  
 molis & conceptæ puellæ pertinacius  
 impacti erant, concretionem coguntur  
 perinde ac gelatis accidit: sic enim  
 affecti κατεχόμενοι appellantur, qui eam  
 formam retinent, in qua deprehen-  
 duntur. Fit autem id malum ab humo-  
 re frigidior & congelante. Etenim  
 frigore humida concresecunt, quod  
 a Gal. ex spontina scirrhorum genera-  
 tione patefecit. Coeunt autem usque  
 adeo humores, b & in concretionem de-  
 ducuntur, ut cum utero foetus scirrho-  
 sam plane, callosamque duritiem con-  
 trahat. Nam & ex frigore duritiem  
 fieri docuit c Gal. Humores autem  
 qui demissi sunt, in concretionem,  
 crassi erant & glutinosi: alioqui nun-  
 quā foetus uterusque in callosam duri-  
 tiem essent progressi. Erant & frigidi:  
 nam

a In 6. Epide. Com. 3. sect. 14. b Hipp:  
 lib. de Carn. c 5. Simpl. 5. cap.



am scirrhus, ut *a* Galeno placuit, omnisque tumor scirrhosus ex humo, e crasso, viscido ac frigido nascitur, qui in parte frigida, sive sit melancholicus, sive pituitosus, sive ex utrisque mixtus, facile concrescit. Frigus enim umores congelat, ut diximus, & maxime frigidos. Itaque hoc in agendo potentissimum, simul atque foetum in utero excepit, in utroque efficiens indurationis causa extitit, quæ quidem corpusculo & uterinæ moli, ex materię & humoris ratione, impendebat.

His igitur ad absolutam duritiem vergentibus, sensim humor per halitum resolutus est: non enim crassa, refrigerata, concretaque restitit, & in callum uteri perinde ac infantuli mores coaluit, ante serosi recrementi vaporationem. Nulla verò humiditas, post hanc coitionem per venas, quæ solæ foetui alimentum conferebant, in media uteri spatia illapsa est, ac proinde

*a* Meth. capite 4. & 5. Simpl. cap. 1. &  
3. de Loc. affect. cap. 5.



de facto feri & cruoris effluvio, quod ad puerperii tempus natura deposuit in loco frigido, sicco & saxeo, prolem madere desiit: imo duri occursum induit. Nam & humor, qui circa articulos colligitur, ex ossium natura, teste Hippocrate, duritiem induit. Dicit aliquis ex Physicorum & Medicorum sententia, frigore concreta, calore liquari: cui satisfactum fuerit, si respondeam, alias indurationis causas à frigore indissolubilem uteri & genitura concretionem reddidisse, idque scirrhusi tumoris modo, qui siccitate & frigore concretus, nunquam emolliri potest. Igitur nihil aderat per ariditatem loci, quod foetum faceret obnoxium putredini: exhausta erat omnis humiditas innata, nulli adventitiæ per uteri crassitiem ac duritiem aditus patebat ad induratum foetum, quo seipso redderetur humidior. Nam quæ putrent, ait Hippocrates, se ipsis humidiora fiunt. Porro confirmata indies duritie, proles illa perinde ac scirrhus, utero



tero scirrhus affixia, potuit integra  
orma, in mortis maternæ tempus  
onservari, citra insignem earum par-  
um colliquationem, quæ natura sua  
xiores absumi poterant, nisi concre-  
o à frigore irrepsisset. Quod factum  
uisse adeò mirum videri non debet,  
uum neque ossa indurata, neque calli,  
orive, qui generantur in nobis, pro-  
edente die minuuntur. Hæc mea est  
ompendiaria argumenti propositi di-  
ceptatio, candide Lector, si quid re-  
tius illa noveris, imperti; si non, hæc  
tere mecum.

F I N I S.

THO-



*Historiar. Anatomic. rariorum Cen-  
tur. II. Historia C. de  
eodem fetu.*

**P**Rima nobis nascendi initia lap-  
des dederunt, si fabuloso credimus  
seculo, qui tanquam ossa terræ à Deu  
caleone post tergum jacti paulatim  
anima caluerunt. Ut repetant ortum  
nonnullos in lapidem accepimus con-  
versos. De Lydiæ Metallurgis refer  
*Aristoteles* de Adm. Aud. obstructo  
ostio, interclusoque spiritu suffocatis  
post longi temporis intervallum in la-  
pides mutatos cum vasis, amphoris &  
liquore in illis contento fuisse extra-  
ctos. Cui metamorphosi similem nar-  
rat Historia Bavarica, de qua differunt  
*Parrens* b. m. de Mixt. c. 6. *Sennertus*  
aliique. Uxori Lothi Sodomis egre-  
dienti idem contigiss, sacro credimus  
Codici. Quod per insitum salem pro-  
curasse edicti sui vindicem Iehovam  
*B. Augustinus* divinavit. Idem seculo  
nostro



nostro in Africa prope Tripolin evenit, ubi certo iræ divinæ argumento oppidum subitanea transmutatione in axeam duritiem fuit conversum, ex quo puer petrificatus ad Cardinalem *Richelium* transmissus fertur. Ego ligni rustulum in eadem civitate petrefactum in Musæo *Io. Fr. Habelæ* ordinis Hierosolymitani Vice Cancellarii, cum in Insula Melita degerem benivole ab illo exceptus, conspexi. Vidi nus Romæ in Palatio Ludovisiorum hominem in substantiam lapideam concretum, cuius argumentum ipsa ossa præbent & costæ suam adhuc servantes formam. *Panarolus* in Fasc. Arcan. cranium humanum in mari petrae soliditatem acquisivisse nuper scripsit.

Hæc extra uterum à spiritu quocunque lapidifico sive in terra, sive aquis sive aëre transmutata facile assequimur. At in utero foetum solum solidescere, salvis aliis visceribus, omnem fidem superaret, nisi hi oculi vidissent, hæc manus palpassent. De Lithopædio  
 gour,



loquor, seu Infante petrefacto, quæ Agendici Senonum post 28. annorum moram ex utero matris Columba Chatry fuit exsecta. De historiæ fide testantur *Thuanus* l. 17. Hist. *Paræol.* l. 25. de Monstr. c. 11. 70. *Albosi* & *Simon Provancherius* ambo in sectione præsentibus, *Licetus* l. 2. Monstr. c. 45. *L. Bourgesia* obstetrix Reg. Franc. in Obs. p. 102. quæ vidit exsectam. Data vero industria descripsit *Albosi* singulari Diatriba, & *Thuanus* l. 17. gravissimus Historicus, quem solum hic loquentem introducam:

Anno 1582. res incidit quo magis mira, eo minus fidei apud posteros habitura, nisi certissimis veritatis testimoniis niteretur; quam quia pro comperto habemus, hoc loco, ne in dubium olim revocetur, amplius asseri officii nostri & instituti esse duxi. Mulier quædam Agendici Senonum, quæ Celticæ nostræ est metropolis Archiepiscopali dignitate ornata, Columba Charria nomine Ludovico



ovico Caritati Sartori nupta, quum  
 d annum 38. valetudine integra per-  
 enisset, neque adhuc uterum gestasset,  
 ertissima habuit concepti foetus indi-  
 ia, menstruis purgationibus non jam  
 t antea statis temporibus erumpenti-  
 us, & frequenti uteri motu jam ma-  
 ifesto, ac tumore lumborum, & ab-  
 ominis paullatim succrescente, mam-  
 nisque lacte turgentibus: Tandem  
 ecurso statæ gestationis curriculo,  
 raveis puerperii labores, & alvi tor-  
 mina experiri cœpit, urina ad aliquot  
 ies suppressa, quæ postea currente  
 eluti alveo magna vi erupit, profuso  
 illo ichore non tam ex vesicæ meatu,  
 quam ex muliebribus loculis scatu-  
 iente, & tunica disrupta una cum se-  
 osis recrementis sanguinis coacti  
 uasi rhombus emerfit: ex eo mammæ  
 oncidere visæ, & motus infantis aut  
 gnavus, aut nullus, ac labores mulie-  
 s tolerabiliore fuere, quæ à ludibrio  
 lius foeturæ totum triennium in lecto  
 ecubuit, semper de valetudine adver-  
 sa,



sa, de duritie, de tumore, de torminibus alvi, ac de inutili illo pondere quod per se mobile pro vario gestant motu, modo in hanc, modo in illam partem procumbebat, quamdiu vixi conquesta. Fato post vigesimum octavum gestationis illius annum functa dissecto abdomine, uterus rugosus apparuit, & versicolor, tactu durus, a veluti testaceus; sectoque rursus evix tandem renitente ad novaculæ aciem, portentosa mole gypsea eductus foetus bene conformatis membris, a eodem prorsus quo cæteri positu, concerebrum naturalem habitum servabant, nisi quod ultra modum induruerant, non tamen ut externæ. Hodie adhuc corpusculum illud Agendici prætereuntibus miraculi instar visitur expers putredinis & teredinis.

Eufiorem actæ rei historiam pertexuit *Albosi*, qui dextram manum ac carpum inadvertenter abstractam addit, & in alvo matris relictam, præterea dentem inopinanter à quodam  
con-



contrectante exemptum. Transiit de-  
 de mirandus hic foetus ad Parisien-  
 m mercatorem primum Pretese-  
 e, curiosum rerum rariorum, apud  
 em vidit obstetrix *Bourgesia*: Hinc  
 aurifabro & gemmario *Giliberto*  
*autron* Venetias adportatus, ubi ea-  
 m facie integrum vidi & contrecta-  
 Tandem ex Italia 1653. migravit  
 Serenissimum Regem Danorum  
 N. FRIDERICUM III. Do-  
 inum nostrum Clementissimum, qui  
 erato mihi subjectissimo clementer  
 videndum & accuratius examinan-  
 um concessit. Ne vero dubitemus  
 ndem foetum esse petrificatum,  
 em enixa est Agendici nominata  
 ulier, in rei certissimæ fidem tabulæ  
 instrumenta contractuum de Litho-  
 edio transmissa fuerunt ad Augustum  
 egem nostrum, quorum hic summam  
 egio indultu transcribam.

Ego infra scriptus Stephanus Car-  
 ton Aurifaber Parisiensis fidem fa-  
 o, transegiſſe me cum Dn. Gilleber-  
 to



to Voder de puero petrefacto quem  
 possideo, qui in Senonibus erat, &  
 postea visus in Technicotheca defun-  
 &ti Dni. Preteseigle inter rarissim  
 musæi, quem infantem promitto in  
 traditurum nominato Gilleberto au-  
 cuicunque id dederit negotii, cum at-  
 testatione sex hominum fide digno-  
 rum in Musæo ejusdem Preteseigle in-  
 venta, & plene satisfactum mihi esse  
 laudato Domino pro foetu isto, sicut  
 inter nos convenerat Venetiis 12. Fe-  
 bruarii 1628.

*Stephanus Carteron.*

*Ego Iulius Caesar de Filippis fui præ-  
 sens, ut supra.*

Nos infra signati Cives Parisienses  
 testamur & fidem omnibus facimus  
 quorum interest, quod infans petrifi-  
 catus, quem nunc possidet Maria Char-  
 penteria uxor Stephani Carteron Au-  
 rifabri Parisiensis &c. Sit idem foetu  
 quem











iem mulier Senonensis in Burgundia  
 ero gestavit per plusculos annos, si-  
 t à defuncto Ambrosio Paræo de-  
 scriptus fuit, sitque idem foetus petrifi-  
 tus, quem in Musæo suo defunctus  
 edeseigle inter rarissima sua serva-  
 rat. Parisiis 24. Martii 1628.

*N. de Collemont. S Chancer.*  
*Sacanes Pindamouch. Du Mouff.*  
*Pierre de Couvoust. FF. e Proulx.*

Figuram Lithopædii *Albosi* Hæ-  
 us addidit, sed contractam & in u-  
 ro adhuc convolutam. *Paræus* in  
 per. Gall. l. 25. de Monstr. c. 11.  
 majorem dedit propius ad naturam ac-  
 dentem & extensam. Ego accura-  
 tissimam iconem hic substitui ad Re-  
 i foetus exemplum effictam, quam  
 agusto Regi nostro subjectissime ac-  
 ptam refero. In nonnullis enim im-  
 itatus fuit foetus & temporis diutur-  
 ate & itinerum varietate. Univer-  
 n corpus justi foetus magnitudinem-



externaque forma humanum foetum accurate exprimit. Ossa hinc inde denudata solida & dura. Interjectæ carnes velut gypseæ & induratæ calci similes. Cutis lacera, dura & nigricans quæ partem abdominis, thoracis & caput hinc inde tegit. Oculorum orbitæ vacuæ, eminentibus ossibus. Maxillæ superioris & inferioris pars dextra ablata, & dentium alveoli vacui uno solo relicto dente. Humeri & dextrum appensum corpori nudum manu deficiente. Sinistrum brachium à corpore solutum, digitos manus complicatos exhibet. Pedes leviter diducti, junctis digitis & concreti relicto tamen illorum vestigio.

Si indurationis hujus causas quæramus, varias inveniemus sed, incerta. Difficile enim dictu, quid in utero materno à putredine consueta puellula hanc vindicaverit, & saxeam rigiditatem induxerit. Sunt qui siccitatem & miam incusent, ortam à doloribus generationis assiduus & ichoris effluxi fecerunt.



ctu. Alii frigiditate obriguiffe suspi-  
 ntur, quemadmodum testa in ovis  
 duratur. Calorem plures advocant,  
 no velut febre hectica colliquata fue-  
 t illa & contabuerit. Nonnulli has  
 usas conjungunt cum massa crassa,  
 enfa, terrenarumque partium uber-  
 te affluente. Propius accedunt illi,  
 ui interna indurationis seminaria  
 ropugnant, in fitamque vim quandam  
 oditam ab externis caulis excitatam.  
 enique à spiritu lapidifico omnia  
 æc alii deducunt, eandem hujus foetus  
 etrificati esse rationem magna veri-  
 ecie persuadent, quæ aliorum cal-  
 ilorum, scirrhorum & tophorum in  
 ariis corporis partibus genitorum.  
 ui volupe, de causis Lithopædii cor-  
 rtantes. *Albosium & Provancherium*  
 edicos Senonenses junctim editos,  
*icetum* de Monstris l. 2. c. 52. *Sen-*  
*rtum* l. 4. Prax. p. 2. S. 4. c. 7.  
 iosque legat. • Meum nunc non est  
 ntas componere lites. Seriem rerum  
 rissimarum pertexo breviter, non



causas omnium, quas tam scimus accurate quam cæcus colores. Red  
*Plinius l. 7. c. 1. Natura rerum  
atque majestas, in omnibus momentis  
caret.*



OSTENTUM

SEU

HISTORIA MIRABILIS  
INFANTIS IN VENTRE

MORTE MATRIS REPERTI  
POST ANNOS SEXDECIM  
ET AMPLIUS

GRAVIDITATIS.




UXTA EXEMPLAR EDITUM  
BRUXELLIS,

AMSTELODAMI

pud Petrum van den Berge, 1662.







**M**ulier temperamento sanguinea, boni & laudabilis corporis habitu, statura mediocris, tribus lustris & amplius utero gessit, nono licet graviditatis mense, præviis omnibus signis consuetos partus dolores, absque illo tamen alio effectu fuerit perpeffa, nisi quod ita emaciata, ut postea scelerum referret, & quibusdam adjuta ræfidiis sensim convalescens, refluxibus ex ordine in parva tamen quantitate purgationibus, in dies intumuit enter cum incredibili abdominis totius distentione, quamvis victus ratione, quotidianis exercitiis, & catharticis convenientibus ex arte fuerit profusum; annum tandem ætatis quinquagesimum tertium prætergressa, febre lenta, & diarrhœa diu conflictata die mensis Iunii 28. anni 1661. fato functa est.

Cum autem latentis molæ magna foret suspicio, in tanta rei novitate ad defunctæ domum, die sequenti cum aliquibus Chirurgis convenerunt Re-



gii Medicinæ Professores, ut ex corporis dissectione rem totam diligentius indagarent, adeo ut in prima ventris inferioris incisione, novaculæ resistenter integumenta, quæ cartilagineosæ & gypseæ substantiæ naturæ referentia, ita inter se coaluerant, cum superiore & anteriore uteri par corpus unum constituere viderentur nec simul juncta semidigiti crassitie excederent.

Apertis scalpello integumentum cum impetu quasi ex dolio erupit fuscus humor colore subcroceus nimis foetens, quo ad libras circiter sexdecim educto, statim visendum nobis se præbuit foetus femineus nullis tectus involucris, imo nullum fere uterini vestigium apparebat, nisi qua parte utero foetus conjungebatur; is transversim hypogastrium scindebat, faciem sursum spectans, vertice ilio dextris pedibus vero circa regionem renis sinistri ita firmiter adhærebat, ut sine dissectione, & duorum Chirurgorum ope non potuerit avelli.

Avi



Avulsus tandem suis omnibus partibus absolutus deprehensus est, nec ultra eam magnitudinem excreverat, quam juxta consuetas naturæ leges, ovemestris foetus assequitur: caro musculosa paulo durior, ab ambiente aëre ostmodum mollior facta, nasus depressus, os clausum, & induratae gingivæ observatae sunt: absque auxilio tribus diebus, à putredine immunis fuit servatus, quibus elapsis placuit inperanea (priusquam corrumperentur) explorare; quæ omnia integra, sed accida, absque sanguine; attamen simili humore seroso madentia deprehendimus: vasa umbilicalia in extremitate occlusa, trium duntaxat digitorem latitudinem æquabant: integer ætatis etiam nunc, nulla vel levi adhibita opera hic asservatur, & ostenditur.

Novum sanè istud, & in tota Medicina, ac Philosophia (quod sciamus) actenus inauditum, ut Academico ingenio non parum exercuit, sic



vicinis in urbibus Medicorum opiniones judiciaque distraxit, quibus ut parte nostra quoquo modo faciam satis, & cuique calculum addere ceat, quatuor potissimum in casu proposito, (salvo tamen meliori iudicio examinanda videntur.

*Primo*, Quamdiu vixerit foetus utero materno.

*Secundo*, Qua arte, tanto tempore spatio fuerit absque putredine conservatus.

*Tertio*, An à conformatione fuerit annexus matris corpori, an exposito.

*Quarto denique & ultimo*, An utrum corpus induratum fuerit, an corruptum.

Quibus propositionibus respondendo.

Ad primam dicimus, foetum non ultra novem menses in utero matris vixisse.

Ad secundam, sustinemus, foetum nono mense mortuum, falsi illius



oris ope usque ad matris mortem  
isse conservatum.

Ad tertiam asseveramus, non cor-  
ptum, sed induratum uterum, par-  
m à qualitate serosi illius humoris  
nclusi, partim ab adhibitis primis  
estationis annis toti abdomini foti-  
is.

Ad quartam denique & ultimam  
cimus, foetum hunc à prima delinea-  
one & conformatione, ilio & lum-  
s adhæsisse.

*Quorum tamen omnium, ut amica di-  
tatione clarior & perfectior eruatur co-  
itio, curiosæ Medicorum & Philoso-  
orum disceptationi, Harum Proposi-  
num veritatem discutiendam & venti-  
adam, in Academia Dolana Exer-  
ationis gratia, Deo Duce, ac Præ-  
e Clarissimo Doctissimoque Domino  
TEPHANO WILLET,*

*M. & in Academia Dolana  
egio Medicina Professore, Proponit  
iliatros FRANCISCUS  
ERNARDUS SCHNORF,  
Baden-*



Badensis Helvetus, *in publice ejusde*  
*Academia Auditorio, die 20. Men*  
*Augusti, Anni M. D. C: LXI. Hor*  
*Pomeridianis.*

EX MANDATO MAGN  
FICI DOMINI RECTORIS.



# ARNOLDI SENGUERDII

*Discursus*

DE

OSTENTO  
DOLANO.



AMSTELÆDAMI

ad PETRUM van den BERGE,  
in vico vulgo de Heere graft/ sub signo  
Montis Parnassi, 1662.



RECEIVED


DECEMBER

1864

PAID

ST. R. N. T. O.

DOLLAR



AMSTERDAM

Printed and Published by

W. J. van der Meer

1864



ARNOLDI SENGUERDII  
*Discursus de Ostento Dolano.*

**C**ognitionis nostræ defectum, maxime solemus agnoscere, cum in mundo evenire videmus ea quæ præter communem turæ ordinem sunt, & talia quidem eorum causæ nos latent, dum sola ecta obstupescimus. Datur tum ocio reminiscendi verborum Psalmi- quæ leguntur, Psal. 145. 3. *Magnus est Dominus & laudandus valde, magnitudinis ejus non est pervestigatio.* hæ posteriora verba Cajetanus ita clarat: *est ita magnus ut magnitudo ejus non sit investigabilis, super omnem investigationem. Quod est dicere, magnitudo ejus est infinita.* Pari ratione de eo dicitur Job. 5. 9. *Qui facit res magnas quarum non est pervestigatio, mirabiles adeo ut sint innumera.*

Quærendo causas ita frequenter illucinamur, ut dum illas nos inve-



nisse credimus , à janua aberravimus. Quamvis autem potentiam D non possimus pervestigare, licet men submisse & cum reverentia in nitæ potentiæ & sapientiæ Divinæ, rerum causas inquirere , quantum humana imbecillitas patitur; imo h proprie est philosophari.

Tentandi aliquid in re obscura, occasionem nobis jam dedit Excellen D. Plempius , in Academia Lov nienfi Achiater & Medicinæ Professor primarius , mittendo historia infantis in matre reperti post ann graviditatis sexdecim & amplius. Quia vero de causis judicari non potest, nisi facti historia vel narratio constet , eam in compendium contraham.

Mulier temperamento sanguinis boni & laudabilis corporis habitus statura mediocris , tribus lustris amplius utero gessit. Nono graviditatis mense , præviis omnibus signis consuetos partus dolores , absque affectu



actu perpeffa est. Ita fuit emacia-  
t sceletum referret. Adjuta præ-  
tis fenfim convaluit. Refluxerunt  
ordine, in parva tamen quantitate  
gationes. Indies intumuit ei ven-  
, quamvis ex arte fuerit prævifum.  
ndem annum ætatis quinquagefi-  
m tertium prætergreffa, febre len-  
& diarrhæa diu conflictata 28.  
ii An. 1661. fato functa est.

Cum cadaver fecatur, novaculæ  
ftunt integumenta, naturam car-  
ginofam & gypfeam referentia:  
apertis, cum impetu erumpit fero-  
humor colore fubcroceus, mini-  
foetens. Hoc humore quoad li-  
s circiter fexdecim educto offert  
ætus fæmineus, firmiter adjacen-  
is partibus adhærens: à quibus  
llus deprehenditur omnibus fuis  
tibus absolutus non majoris mag-  
ndinis quam ordinarius foetus effe  
t. Caro ejus mufculofa paulo du-  
, os claufum, gingivæ obfervatæ  
t induratæ. Abfque auxilio tribus



diebus à putredine immunis fuit ſervatus. Interanea omnia integra ſed flaccida ſunt deprehenſa abſque ſanguine, ſimili humore ſeroſo reſidentia: vaſa umbilicalia in extremitate occluſa trium duntaxat digitorum latitudinem æquabant.

Hæc hiftoriæ ſumma, circa qua unus & alter ſcrupulus mihi occurrit. Primus eſt, quod ratione temporis parumper diſcrepent titulus & facti narratio. In titulo tempus graviditatis extenditur ultra ſexdecim annos *poſt annos dicitur ſexdecim & amplius* in hiftorica narratione legitur, *tria lustra & amplius*. Notum eſt, tria lustra non conficere ſexdecim annos. Scio quidem responderi poſſe, minorem numerum in majori includi, ita tria lustra dari ubi ſunt ſexdecim anni, quamvis tria lustra non æquivalent ſexdecim annos; ſcio tamen etiam, maximam accuratorem in hiftoria requiri, neque oportere ut titulus plus exterius ſpondeant quam in

conte



ntenta præstant. Sed ea discrepantanti non est, quin, licet tempus natur brevissimum, res hæc adminda plane sit.

Alter scrupulus exigui momenti, scilicet, quod in historia enarrantantum ætas defunctæ, sive quemum attigerit tempore mortis; n vero, qua ætate fuerit, cum gra-la fieret, neque tempus nativitatius. Possunt quidem illa supputari tempore graviditatis & mortis; amen, cum de illis agitur in quibus accurate ratio temporis habetur, n peccatur, si ad maiorem certitudinem & claritatem singula tempora primantur.

Tertius majoris est momenti, quodrgationes quidem dicantur refluxe ex ordine in parva quantitate, sed illa addatur determinatio temporis o fluxerint, neque ratione prioris que ratione posterioris Hoc est, non ertur, an statim post novem illos signatos menses exactos fluere cæ-



perint nec ne, quamdiu fluxerint, ad finem vitæ, an vero antea subfint. Si ad finem vitæ, in hoc casum habemus extraordinarium cum dicatur prætergressa annum atque trigesimum tertium, tempore purgationes fluere solent.

Videamus jam anne etiam verum illud initium graviditatis fuerit, quod exprimitur? Resp. Admodum verum simile est, in illo non committi errorem quia nono graviditatis mense, ordinatum scilicet tempore, præviis omnibus quibusdam tantum signis ex quibus paritura dignoscitur, consuetudinem partus dolores perpeffa est. Ubi enim partus dolores sunt, paritura instat, et initium quærit foetus.

Attamen hæc talia sunt, quæ, si accuratissime perpendantur, non carebunt omni omnino exceptione. Primum elapsum tum fuisse nonum mensem graviditate, non plane certum est quia initium conceptionis vix potest



st cognosci. Sæpe fit, ut se gravi-  
is putent, quæ gravidæ non sunt;  
contra ut sint gravidæ quæ se gra-  
das esse ignorant. Si hoc incertum,  
go incertum quoque, hæc evenisse  
no graviditatis mense. Neque in-  
ripto exprimuntur signa ex quibus ju-  
catum fuit, fæminam illam eo laben-  
tempore, gravidam fuisse. Dicitur  
que tantum, non docetur, deter-  
nato illo tempore hæc contigisse.

Atqui, præviis omnibus signis,  
tus dolores est perpeffa. Quæ illa  
na fuerint, rursus non exprimitur,  
nsueta & ordinaria procul dubio in-  
liguntur. Non puto infallibilia  
na doloris partus dari, quibus illi  
lores ab aliis distinguantur; sed  
n fæmina quæ se gravidam ab ali-  
ot mensibus fuisse credit, dolores in  
s partibus sentit, facile sibi persua-  
partus instantis illos dolores esse.  
uti raro ad tales casus advocari so-  
t periti medici, qui certius quam  
lierculæ dolores illos ab aliis di-



stinguunt. Ita neque hic mentio alicujus medici, qui tum præsens fuerit, sed fæminarum fidei aut credulitati tota res committitur. Dolores itaque illam ingentes sensisse non nego, neque hoc in dubium voco, sed partus illos dolores fuisse, non constat certo.

Fieri itaque potuit, ut fæmina inter tum non fuerit gravida, sed insequens postmodum conceperit foetum per mortem suam deprehensum. Nec huic obstat, quod dicatur tum infans sceleti emaciata fuisse: quia non insolitum, fæminas macilentas ægrotas concipere, quin etiam consummatas proles parere.

Contrarium etiam ex eo non evincitur, quod purgationes postea dicuntur fluxisse, quæ in prægnantibus solent subsistere: quia ut supra notatum est, non satis accurate enarratum an toto illo tempore ad finem vividerint fluxerint necne. Deinde dicuntur expressè fluxisse in parva quantitate. A



c, quamvis tempore imprægnationis plerumque purgationes subsistant, quibusdam tamen quandoque etiam evenit, ut illæ procedant, quod facilius fit cum parva earum quantitas tur.

An igitur secundum hæc diceretur, minam illam tantum ultimis novem mensibus mortem immediate præsentibus gravidam fuisse? Hoc præter rationem & naturæ ordinem letur esse, quod fæmina jam ma-  
quingenta duobus annis coneretur.

Ad hoc respondeo, primo me non erminare certo quid factum fuerit, inquirere potius quid fieri potuerit & dici possit. Secundo, totum hoc motum est præter consuetum naturæ ordinem: æque præter naturam, fæminam sexdecim annos manere gravidam ætate adeo gravi, atque est ætate fæminam concipere. Tertio, sique ad illud tempus purgationes erint, existimo etiam illam potuisse



feri gravidam, quod in aliis fæmi  
feri non solet, quia aliarum purg  
tiones antea subsistunt. Quarto, f  
tasse etiam aliquo tempore ante r  
vem menses mortem immediate pr  
cedentes concepit, foetu mortuo  
matris corpore aliquamdiu manen  
Non video, ut dixi, hic aliqu  
certi judicari posse.

Hæc dubia quæ in mentem ven  
bant circa graviditatem fæminæ r  
vem illis designatis mensibus, quib  
tamen non ostenditur, eam non fuisse  
gravidam, sed tantum rem illam n  
adeo certam esse, ut primo aud  
quis sibi forte persuadeat.

Quare, cum, illis non obstantib  
judicemus, probabile esse, eam t  
fuisse prægantem; hyppothetice si  
ponamus hoc quasi esset verum  
certum, & quæramus secundo, qua  
diu foetus ille vixerit? Resp. Prob  
bilissimum esse, hunc foetum ratio  
diuturnitatis vitæ, non differre  
aliis foetibus.



Quia refertur fuisse absolutus omnis-  
is suis partibus, nec excrevisse ul-  
a eam magnitudinem, quam, secun-  
um consuetas naturæ leges, novem-  
estris foetus assequitur. Videtur  
nim suadere ratio, quod si diutius  
xisset, majorem etiam quantitatem  
isset assecutus.

Aliquid tamen est, quod huic eti-  
n opponi possit. Scilicet, sicut in  
lultis quibusdam hominibus aliquo-  
es observatum est, eos præter con-  
etum naturæ ordinem, vitam ali-  
uamdiu, etiam ad multos annos pro-  
axisse absque alimenti assumptione,  
quia in illis calor debilis erat, qui par-  
is non consumebat, quæ fuissent con-  
umtæ, si calor fuisset intensior, ita  
t cessante consumptione, neque requi-  
eretur reparatio ope alimenti: pari-  
tione dubitari potest, an non etiam  
i hoc subiecto vitæ fuerit continua-  
o, absq; novo alimento, & per con-  
sequens absque accretione sive quan-  
tatis incremento; quia & hic calor  
debilis



debilis fuit, fuit enim sexus fæmineus qui mafculo frigidior eft. Prætere-  
fuit hic foetus concludus in ferofo hu-  
more admodum copiofo, quod int-  
mefcentia arguit, & poftea certius de-  
cuit eventus, cum ad fexdecim li-  
bras humor ille effluxerit. Si liber  
aeri fuiſſet expoſitus, à calore plu-  
procul dubio confumtum fuiſſet.  
Adhuc, non fuit f. u. o major foetus  
quia natura, non tantum in adultis  
fed etiam in necdum natis, certos fi-  
nes & ſtatutos terminos ſervat, quo  
circiter attingit foetus, non vero ex-  
cedit: ita cum gemelli naſcuntur  
quiſque ejuſdem circiter quantitati  
eſt cum prole ſolitaria. Neque homi-  
nibus tantum, ſed & aliis animalibus  
imo omnibus viventibus ejuſmodi le-  
ges quantitatis poſitæ videntur. Non  
plantæ tantum & arbores ſed etiam  
earum ſemina, certam affectant magni-  
tudinem. Quare probabile eſt, ejuſ-  
quoque magnitudinis futurum fuiſſe  
hunc foetum, licet fuiſſet mafculus.



Ad pleniorē horum cognitio-  
em, ad examen vocemus sequentes  
quæstiones. Cur non æque hic fœtus  
prodierit in lucem nono mense a con-  
ceptione, atqui alii prodeunt? Resp:  
Totum est, eandem miseriam aliis  
etiam fœminis aliquando obvenire.  
Et in omnium ejusmodi eventuum  
causas inquireremus, præter institu-  
tionem foret. In hoc casu specia-  
ter considero, fœminam hanc anno-  
rum fuisse tempore conceptus & quo  
parere deberet. Describitur enim præ-  
gressa annum ætatis quinquagesi-  
mum tertium cum fato fungeretur, &  
gravida fuisse annos sexdecim & am-  
plius. Si igitur illi sexdecim detra-  
hantur de quinquaginta tribus, rema-  
nebunt triginta septem anni quos exe-  
rat tempore conceptionis. Constat  
item annosis fœminis partus sæpe  
esse difficiles, quod ossa tractu tem-  
poris consolidentur & confirmentur,  
sic ita ut requiritur cedere valeant,  
quod præcipue locum habet, si nun-  
quam



quam antea pepererint. An hic fuerit primus hujus fæminæ partus, historica relatione non exprimitur, maluisssem additum fuisset. Potuit etiam evenire ob talem dispositionem corporis fæminæ qualis in nonnullis aliis fæminis similis eventus causa est. Debilitas quoque ipsius fætus potuisset esse causa cur in lucem non prodierit.

Sed, cum in similibus casibus fœtus mori soleat, quæri potest, cur idem in hoc casu non evenerit. Res. Si supervixerit fœtus, quod non certo determinavi, fuit tamen eo tempore in magno mortis periculo, ob tantam mutationem factam in matris corpore. Est similis hæc quæstio, an si quis quæreret, cur ex pluribus pesti vel alio morbo laborantibus, hic evadat, ille pereat. Talium eventuum causas accuratius sunt quærendæ, in peculiari dispositione illorum corporum, & eorum quæ circa tales homines fiunt.

Por



Porro quærat<sup>ur</sup> , quamdiu postea  
etus vixerit? Resp. Probabile esse,  
tum supervixerit, vitam protraxisse  
illud circiter tempus quo mater  
mortua est. Quia si antea esset mortu-  
us, causa mortis vel fames, sive ali-  
menti necessarii defectus, vel morbus  
esset. Non prius, quia supra vidi-  
mus, potuisse vivere absque ulla ne-  
cessitate assumptionis alimenti: sed  
hoc magis urget, si requisivisset ali-  
mentum cujus defectu mortuus esset,  
consumtus fuisset foetus ad ossa &  
cutem, vel ut illius phrasi de matre  
quærentis utar, fuisset emaciatus ut sce-  
rum referret. Hoc si ita fuisset, pro-  
bè dubio, ille quod hoc in matre no-  
vit, idem observasset in foetu, ubi  
nen talis maciei, ne vel minimam  
cit mentionem.

Si foetus periisset morbo, post ipsi-  
mortem corpus fuisset putredine  
creptum, prius corrupta illa parte  
qua morbi sedes fuisset: aliqui ille  
in historiâ hanc scribit, testatur foetum  
hunc



hunc tantum à putredine abfuisse ,  
etiam avulsus à corpore matris, ab-  
que auxilio tribus diebus à putredi-  
immunis fuerit servatus.

Sed quoniam non certo consta  
foetum tamdiu vixisse ( haftenus eni  
consideravimus, an mater tamdiu gr  
vida fuerit & si hoc sit, an foetus pot  
erit tanto tempore vixisse, non vero  
revera tamdiu vixerit) videamus jam  
an , posito quod mortuus fuerit , cu  
partus dolores mater perpeffa est , p  
tuerit tot annis foetus in utero mansit  
absque putredine ? Resp. Potuit ha  
commode fieri : quia humore sero  
qui ad libras circiter sexdecim ed  
ctus est , conservabatur , ne à caus  
externis putredine afficeretur : sic  
muria & aqua salsa carnes defendu  
tur à putredine.

Atqui , cogitabit quis , in sero  
isto humore tanta salis copia non fuit  
ut cum muria ullo modo compara  
possit ; quare , licet sal corpora pra  
servat à putredine , non potest ideo



le quid tribui seroso humori, in quorum salis est. Ad hoc dico, neque alio modo putredini resistit, nisi quod liquefactum insinuet se in poros corporum in quos alias se insinuarent corpuscula quæ vinculum quo humidum cum sicco jungitur, dissolverent ita partes corporis agitando illud destruerent.

Quod dixi ex eo confirmo: quia non tantum illa corpora in quibus sal ex-  
istit, alia à putredine tuentur; sed etiam illa in quibus sal non valde commodum est: apertum hoc est in lignis quæ passim hic inveniuntur sub aqua illis quibus ædificia superstruuntur, quæ ligna sine putredine centenis annis ibi conservantur, imo duriora rediuntur, non ob sal; sed quia ibi corpuscula illa per aerem volitantia ar-  
dentur.

Hoc itaque negotium mihi sic imaginor. Per aerem volitant perpetuo diversi generis corpuscula, inter quæ aliqua sunt valde tenuia & penetrant-



trantia, ut incredibili modo me  
possint per corporum minimos poros  
Si contingat ut ita poros penetrent,  
in corpore aliquo partem ita muta  
possint, ut evaporando humidum à se  
co separetur, jam efficiunt in illa pa  
putredinem, quæ fermentatio co  
poris quod putrefit, dici potest.

Si corpus aliquod ita cingat  
& ambiatur à corpore, quod acti  
nem illorum corpusculorum arce  
defenditur illud, ne à causa exter  
putrescat, sive tum illud ambie  
sal vel falsum sit, sive humor sero  
sus sit, sive aqua, sive mel sive ali  
corpus. In hoc casu præstitit illi  
humor serosus.

Hæc quæ de eo ostento mihi  
occurrerant. Præbuit illud mihi o  
casionem legendi scriptum Joann  
Albosi, de fæmina quæ dicitur  
foetum gessisse viginti octo annos, &  
quidem in petram mutatum, quod  
de causa dictus Albosius, tractatur  
de eo sic inscribit, *Portentosum*



*opadion*, sive *embryum petrefactum*  
*bis Senonensis*, &c. Compendi-  
a historiæ hoc est: mulier Seno-  
nsis nomine Columba Chatry nu-  
a fuit annis quadraginta octo, oc-  
buit agens annum ætatis sexagesi-  
um octavum. Nunquam uterum  
stavit, præterquam quod viginti  
to annos ante obitum, certissima  
buerit inchoati hominis indicia,  
alia ex mensibus, pica, motu, &c.  
nuntur. Decurso pene veræ ge-  
tionis curriculo, graves puerpe-  
dolores sensit. Urina ad aliquot  
es suppressa, postmodum magna  
erupit, una cum serosis aliis ex-  
ementis, absque foetu. Postea tri-  
nium decubuit. Ad extremum vi-  
conquesta de valetudine, tumore,  
ritie, torminibus alvi, gravi  
ndere, & depravata appeten-  
. Post mortem dissecto abdomi-  
amoto peritonæo, conspicitur ute-  
tactu durus testaceus, crassus. Gyp-  
mole ad aciem cultelli renitente,  
Chi-



Chirurgi scalprum altius adigunt. H  
 rum unus, inflicto casu in cranium  
 aliquot costas vulnere, humerum de  
 trum impetit. Aperto deinde utero, i  
 fantem in orbem implicitum ex tra  
 verso in utero positum vident. Foetus  
 matre separato, observabantur, o  
 capitis tenuia quidem sed firma & i  
 star cornu nitentia, cute capitis m  
 tis in locis pilosa: summi digiti re ip  
 in unum idemque vere lapideum co  
 pus concreti. Partes internæ, visce  
 scilicet, cor & Cerebrum naturalit  
 se habebant, excepto, quod ultra m  
 dum induruerant, minus tamen qua  
 externæ.

Duo circa hoc expendam. Primi  
 est, an foetus hic proprie in petra  
 five lapideam substantiam sit mutat  
 & ut Albofius loquitur, petratus: al  
 rum, cur hic foetus non sit putrefact

Ad primum negativa sententia n  
 hi placet ab has causas. Primo, qu  
 quæ vulgo lapidescere dicuntur, il  
 vel sunt naturæ lapideæ, sed quæ c



ltatur ob copiam humidi, ut di-  
ntur lapidescere, cum humidum il-  
d ab illis separatur, ut in corallio  
, quod sub aquis molle, eductum ex  
ua, lapideam ostendit substantiam:  
l acquirunt substantiam lapideam,  
am in poris suis recipiendo, quo  
odo certæ aquæ in lapides vulgo di-  
ntur mutare, quæ in ipsas injici-  
tur.

Neutrum hic locum invenire fa-  
e apparet. Non primum, quia om-  
us notum, foetus humanum non  
e substantiæ lapideæ, sed ex carni-  
s, ossibus &c. constare. Non se-  
ndum, quia hic non adsunt ambi-  
tia corpuscula, quæ ita recipiantur  
imbibantur quasi, à poris foetus ut  
us appareret lapideus.

Secundo ita ostendo hunc foetus  
n fuisse proprie petratum sive in  
idem mutatum. Quod mutatum  
in lapidem, ejus durities non po-  
t molliri & macerari ope aceti: at-  
i expresse dicit Albosius in præfa-  
tione,



tione, corpusculum hoc maceratur fuisse aceto, ut variis modis conspiceretur, ejusque duritiem cessisse. Imo hoc flexum fuisse, inde patet quia in appositis figuris diversum ostenditur membrorum situs; atque apertum est, lapides ita flecti non posse, neque aceto macerari ut flectantur. Verba ipsius auctoris apponam, quae ita sonant: *Prototypum autem efformavimus de novo* (quo sint δευτερον φεροντο σοφωτεραι) *ut te, quem latere nihil volumus, quasi in rem praesentem deduceremus. & infantulum, & in sinu uteri latentem & suo tegmine explicitum, & in hanc & illam dimensionem, quantum cedere potuit corpusculi (per multas horas aceto macerati) durities, protensum conspiceres.*

Tertio, confirmo illud ex eo: qui alter Chirurgorum, dicitur scalpro vulnus inflixisse in cranium & costas verba sic leguntur in historica narratione: *Eorum autem* (scilicet Chirurgorum) *alter inflicto casu in cranium vulne*



nere, & in aliquot costas, tandem humerum dextrum impetit. Hæc arguunt, quod partes non fuisse proprie lapideas, et duræ fuerint. Novacula enim & alpro, non ita vulnera infliguntur lateribus.

Quarto, docemur ex constitutione ossium internarum, totum corpus humanum non fuisse lapideum: quia ossa describuntur minus duræ fuisse externis, ita enim scribitur; *partes autem interna, viscera nempe omnia, cor & cerebrum habebant naturaliter, eo dempto, indurata modum induruerant, minus tamen quam externa.* Externæ partes possunt macerari aceto, & eo macerate fuerunt, illis inflicta sunt vulnera, penetrantia ad costas, internæ minus duræ, id est, molliores fuerunt; ergo internæ non constabant proprie ex substantia lapidea. Concendo itaque corpus, siue induratum fuisse, non autem proprie in lapidem mutatum; tropice enim ob magnam duritiem, saxa dici posse.



Quod ad alterum quo proponetur, cur hic foetus non fuerit putredus sed induratus? Breviter dico, e causam fuisse exiccationem. Omnis enim putredo fit in humido, quod tollitur in eo quod putrefit. Ablata causa tollitur effectus. Cuilibet notum est per exiccationem, sive ablationem humidi, multa à putredine defendi. Celerius putrescunt folia humida quam arida, & carnes humidæ quam siccæ induratæ. Extrinsecus auferebatur humidum, eo tempore quo partus frustulatus expectabatur; simul etiam (ut videri simile est) humidum abundans ipsi foetus. Successit adversa valetudo matris, à qua emaciatus quoque vel excatus fuit foetus.


Modus itaque quo hic foetus à putredine conservatus est, plaue dissimilis est illi quo defendebatur alter. In illo enim casu quem prius examinavimus, serosus humor, quo foetus circumgebatur arcebat externas putredinis causas: in hoc subducebatur inter causas



ssa, humidum scilicet, quod putre-  
is subiectum est.

*Hujus apographum misi Clariss. D.  
Plenio una cum epistola quam  
scripsi 4 Nov. An. 1661.*







# OBSERVATIO SINGULARIS

*Mussipontana*

## F O E T U S

*extra Uterum, in Abdomine re-  
tenti, tandemque Lapidescantis.*

c l o l o c L I x.

**R**Em planè novam, & in tota Physio-  
logia (quod sciam) hactenus inaudi-  
m, curiosa Nostrorum disceptationi re-  
tina *Mussipontana* muliercula clades  
per obtulit, quæ, ut Academicorum in-  
via non parum exercuit, sic vicinis in ur-  
bis Medicorum opiniones judiciaque di-  
taxit. Illa igitur mulier, annum ætatis  
agesimum prætervecta, exili corpore,  
exiguâ admodum staturâ, jam pridem  
vata conjuge, (ex quo alias non semel  
olem suscepserat,) sex propè lustris cœ-  
m agebat vitam. Ast sexto Calenda-



rum Augusti, nescio quo abrepta impetu  
 sese è superioris cubiculi fenestra, in sub  
 Etam planitiem, horâ ante meridiem sext  
 egit precipitem, cum vix ullum antea  
 disset pravium, aut phantasia, aut rati  
 nis aberrantis argumentum. Ex tam vi  
 lento Casu graviter saucia, duas circi  
 post horas extincta est, sed quoniam du  
 in vivis ageret, non rarò apud Medic  
 conquesta fuerat, se lapideam utero gest  
 re molem, (sentiebat enim tribus infra um  
 bilicum digitis pondus & permolestum  
 grave, ex quo & injussæ alvi dejectiones,  
 invitæ plerumque urinae fluxus, imò  
 ipsius ani procidentia sequebatur,) plac  
 extispicio rem totam diligentius indagar  
 Itaque D. Pillement, Medicæ Facultat  
 Decanus, ac Primarius in hac Alma un  
 versitate Pontimussana Professor, demortu  
 Cadaver secari jussit, & resectis quide  
 communibus ab dominis integumentis, ad  
 Etoque omentum usque scalpello, emerfit  
 licò moles, quæ quadrimi infantis capiti m  
 gnitudine nihil cederet. Totam hanc mole  
 natura in orbem fere conglomeraverat, e



visissimo involucro obtexerat, quod bubuli  
niriculi tunicas colore referret & crassi-  
. Bajula mulieris corpori quinque firmis-  
is retinaculis cohaerebat, & quatuor qui-  
m vincula ex totidem peritonæi lateribus  
a, pendulam molem fulciebant, quintum  
rò eandem tenuioribus intestinis incum-  
ntem, iisdem etiam tenacius annectebat,  
e id ad majorem firmitatem ita natura  
oviderat, sive inobservabili meatu chyli  
le refluentis aliqua portio per arcanas la-  
arum valvulas posset ad latentis fœtus  
mentum derivari. Ubi primum tegmen  
id duriusculum immissa removit nova-  
la, stabulantem in medio fœtum facile  
prehendimus, decussatis in crucis formam  
tibiis, & utraque tibia communem aliis  
utero situm retinentem: Illa tamen ea-  
m membra, nullis distincta intervallis, ita  
m reliquo corpore coaluerant, ut inspi-  
ntium aciem oculosque propemodum sub-  
fugerent: quamvis nec hanc, nec alias  
iusce corpusculi partes ulla in re mancas  
t mutilas ipsa formatrix vis reliquerit.  
am cerebri veram germanamque sub-  
stantiam



## EXTRA UTERUM.

stantiam utraque tunica, & obducta in, per cranii compago eaque durissima coërebat: claudabantur etiam sub epigastrio hypogastrio reliqua viscera, ad vitæ operationes necessaria, cor nempe, pulmo, jecur, ventriculus, lien, renes, diaphragma, felleus, folliculus, vesica, intestina; nec defuit etiam uterus, suis quoque omnibus numeris ablutus, quoque uno indicio infantis sexus innotuit. Servatur etiam nunc apud me in ginger in domestica pharmacopœia, superfus salis spiritu arcente putredinem. Neque vero illud prætermissum oportet, quod jam aliquatenus lapidescere cœperat, vultu præsertim in gypseam quandam duritiem accedente, nec ultra eam magnitudinem excreverat, quam juxta consuetas naturæ leges semestris fœtus assequitur. Cæterum uteri Mulieris, quæ intra abdominis latebra hocce prodigium complexa tot annis gestaverat, tam illæsus intactusque repertus est quam qui maxime, nullo prorsus obducti cicatricis vestigio.

## F I N I S.